k. mart. legitur pp ea dicitur bissextus quia bis legitur. Unus
annus habet horas VIIII mil. DCC.LX. anni ogdoadi abent oras
LXX milia LXXX anni endecadi habent oras XCVI mil. CCCLX
in totum sunt in summa CLXVI mil. DCCCC Saltum lune.
anno primo decem novenali ponunt id quo titulatur annus
XVIIII novenalis & pactas lunaris XVIIII novenalis. Tunc
retinem(us) anno primo XVIIII novenale non undecem ut in ce
teris annis fieri solet set XII dies accomudat & quia XXX die
rum fine volvuntur nulle pactae in principio ipsius circuli po
nuntur secundus aut(em) annus epactus undecem abet;

## RACIO EX LIBRI SCI ESIDORI

ANNUS EST CIRCUITUS SOLUS AC REDITUS P(ER)
XII mensis annum aut(em) sapientes huius mundi partem
civilem partem naturalem partem magnum esse dix(erunt)
Civilis annus est qui in huius astri recurso p(er) mensis XII ter
minatur. Annus naturalis est cum se soli luna supponitur
inter orbem solis & oculos n(ost)ros medias facta tenebras
totius orbis efficiat q(uo)d dicitur eclipsis cuius racio diu
cius obscura fuit set a milesio quodam philosopho exposita est